



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 39. Electorum Legatio in Hispaniam ad Cæsarem neo-electum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

gratiam fecit, qua summi Pontifices Sæcul. XVI.
 Neapolis Regibus inhibebant, *ne Impere-* A.C. 1519.
rium Romanum etiam ultro oblatum acciperent. Igitur electione peracta Caroli Cæsaris Legati Francfordiæ agentes Electori Saxonix triginta florenorum millia offerebant; hujus enim studio Carolum eorum Dominum adepti diadematis felicitatem potissimum debere sat sibi persuasum habebant. Ast Friderico donum asperrante, illi eundem impense rogabant, ut saltem decem millia florenorum in suos famulos distribui permitteret, quibus respondit Elector: munera dispensare vobis integrum est, si vero meorum quisquam vel unicum aureum accipiet, hodie adhuc se a me dimissum sciat.

§. XXXIX.

Electorum Legatio in Hispaniam ad novum Cæsarem.

Vix peracta erat Caroli electio, cum Tom. 3. Rev. Germ. apud Schard. & Goldast. in suo Const. Imp. edit. Freher.
 Guilielmus Bavarix Dux, qui aliquot ante menses defuncto Alberto Patre

H h 4

ex stirpe Gallorum Siculum sceptrum cum hac conditione acceptasse, ac juramento illam firmasse. Vide Platinam loc. cit. & Raynald O. doric. ad ann. 1274. num. II. Jus Papæ in utriusque Siciliæ regna commentitium esse, Lutherus docuit. Lege hoc libro §. LXVI.

Sæcul. XVI. suo Ducatum adiit, altera die se in Arra-
 A.C. 1519. goniam profecturum offerret, ut Carolo
felix hoc, faustumque nuncium deferens
 ejusdem quoque consensum impetraret;
 placuit summopere Electoribus prom-
 ptum Ducis obsequium, unde eidem con-
 ceptis verbis injunxere, quod Regem
 summis precibus urgeret, ut protinus pro
 accipienda Imperii corona in Germaniam
 venire festinaret. Ergo Dux e Zeelan-
 diæ portu solvit; cum vero ventorum in-
 juria expeditum triremis cursum præpe-
 diret, nonnisi trigesima navigationis die
 Cæsaraugustam appulsus est, ubi sum-
 mis honoribus, ac ingenti benevolentiae
 significatione excipiebatur. Paucis post
 diebus Elector quoque Palatinus, ut iter
 Caroli augustiori pompa decoraret, &
 ipse in Hispaniam abiit, secum deferens
 electionis factæ literas, quæ fide publica
 firmatæ a plusquam trecentis Principi-
 bus, Comitibus, aliisque Imperii Optima-
 tibus subscriptæ erant, qui omnes e-
 tiam atque etiam neo-electum Cæ-
 sarem rogabant, ut iter suum ea, qua
 posset, celeritate aggredieretur, eoquod
 imperii negotia ejus præsentiam omnino
 expeterent.

Steid. hist. l. 1
p. 30.